UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Provincia Belgica

urn:nbn:de:hbz:466:1-68850

Visual Library

# PROVINCI
## BELGICA

IN BELGIO ſocij ducent
ginta tres, per tredecim velu
nes diſpoſiti. earum nomin
Collegium Louanienſe. A
pienſe. Audomarenſe. D
Leodienſe. Traiectenſe. Burgenſe. Iprenſe.
Probationis Tornacenſis. Reſidentia Valenc
Cortracenſis. Gandauenſis. Montenſis. Hu
nuper Miſſio Caſtrenſis. Et quoniam longum
finite affirmare quot in quaque, hoc præſen
rum ſpatio annorum, fuerint ſtatione commor
tius erit, ſuum cuiuſque numerum ſuis locis
re. Ceterum octo amiſſi morte. Admiſſi in S
tem quadraginta ſex.

### COLLEGIVM. LOVANIEN
### cum Miſsione Caſtrenſi.

LOVANII fuere duo & viginti.
Deiparæ Virginis Sodalitas, Maiorum
cet, in quibus cenſentur multi inſignes erud
atque auctoritate præſtantes: & Minorum
bus externorum trium Collegiorum alumni
Philoſophiæ: etſi recens, eſt tamen ita valida,
nulli fortaſſe concedat. adeo ex ijs quæ nunc
ciuntur, apparent ſemina futuri profectus. Sp

libus commẽtationibus exercitati complures, atque eorum e numero quidam ex religioſorum ordinibus ad nos a ſuis moderatoribus miſſi. Deſertores alíi qui religionum poſt inceſtas aliquot annorum nuptias, eq. ijs natos nothos, ad meliorem mentẽ, prioremq. ſtatum reducti. reuocati ab hæreſi plures, a voluntaria morte nonnulli. conſtituta inter inimicos concordia. Catechiſmi explicatio tribus in locis ſuſcepta. Superioris vitæ omnis labe expiati triginta. actum cum ijs, qui capitis damnati ducebantur ad ſupplicium, vt pie morerentur. Vni eorum, quoniam videbatur in hæreſi obfirmatior, impetrata tridui dilatio: qui tandem extremo ipſo tempore, vicinus cum eſſet patibulo, Catholicam fidem, hæretica abiurata perfidia, profeſſus, alligatumq. habens ad digitum orbiculum piacularem, IESV MARIA ſuppliciter ingeminans, ſpiritum efflauit. In Chriſti Naſcentis ferijs atque Exiſtentis ab inferis, priore anno in Aulã e noſtris miſſi duo, vt eſſent a cõfeſſionibus. nec nihil profectum. Duæ puellæ abductæ a quæſtu, quem corpore faciebant. a pellice vnus, quæ multorum eum fecerat liberorum patrem, auulſus. Quattuor Eccleſiæ redditi. Cuidam Diuinam deſperanti miſericordiam, reſtemq. cogitanti, ſpes melior illuxit, et vitæ via ab luce Catholicæ confeſſionis. Verſabatur cum iuuene matrona non ignobilis, magis etiam familiariter, quam pudicam decebat. hanc tam inſignem iniuriam illius propinqui minime ſe laturos clamitabant: iamq. res ad vulnera ſpectabat & cædem: niſi noſtrorum admonitu mulier ſuſceptã con

ſuetudinem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſuetudinem cum legitimo coniugio mutaſſet. Qu*
*denique anus cum octo iam annos & occultis*
*dijs, & apertis aſſultibus infeſtum habuiſſet hoſti*
*humani generis: victo tandem malis muliebri pa*
*re, cum perpurgatum confeſſione animum ſpe fu*
*ſet Diuini præſidij potiendæq victoriæ, venientem*
*ſe aduerſarium hominis ſpecie, co ſpiritu ac fidu*
*aggreſſa eſt, vt ad terram afflixerit proſtratum*
*ſtiterit pedibus, diuq. preſſerit immane monſtrum*
*timidum vbi faciem oſtentes: vbi terga verteris*
*dax: neque elabi paſſa ſit, niſi fide data, numquam*
*poſterum moleſtum fore: eamq etiam nunc, Deo*
*nuente, perfidioſus licet ac fandi fictor. pudore n*
*promiſſi conſtantia ſeruat. Multa ſimiliter ijs tem*
*ribus commodo animarum, & rei Catholicæ g*
*quæ nec parua fuerunt, nec Sereniſſimo Duci Pa*
*ſium ignota. eo igitur expetente inſtituta Miſſio*
*ſtrenſis, vt ita dicam, ſtationaria: quæ vt dirigere*
*ad normam noſtrarum legum, operam dedit ſuo a*
*uentu Pater Prouincialis, pro ea, qua iamdiu m*
*tum poteſt gratia apud Principem perinde huma*
*tate ac fortitudine pollentem. Miſſi igitur ad exer*
*tum Octobri extremo ſacerdotes quinque, qui ita*
*ter ſe habent munia diſtributa. Vnus nobilitati,*
*cohorti Aulicæ ſtudet. Quo in munere proceres a*
*quot allexit ad generalem confeſſionem, eorum*
*exemplo ad idem permouit milites gregarios: firm*
*uit pacẽ inter adoleſcentes duos illuſtres, abdicato*
*nitus aleæ luſu, qui eos alienauerat: ſuſtulit ſuper*
*tiones plurimas: ægros ſauciosq. in noſocomijs cu*
*uit*

uit conſitentes. In diuerſis militum ſtationibus ſacerdotes alij ſtrenue occupantur: et in Anglicæ quidem Hibernæq. nationis,id in primis effectum, vt certo quodam ſigno æris campani ſalutationis Angelicæ admoneantur. ſublatum prǽterea inter primores peracre diſſidium. bona pars ad confeſſionem ſacramq. communionem adducta: ſic, vt vno die aliquando plus centum Diuinorum myſteriorum ſint facti participes. ſeptem ab iniuſta criminis nota, ac proinde a ſuſpendio liberati. adiuti alij, cum conuicti ſcelerum, mortiq. addicti, pœnas legibus ac iudicio darent. actum eadem opera cum ruſticanis hominibus: ijq. ſunt ex agreſti feraq. vita, quam induerant diuturnitate bellorum, ad humanum cultum, piumq. deducti. Ab Archiepiſcopo Hibernico acceperunt Sacramentum Confirmationis. In Gallicis ordinibus abolitus vſus, qui inoleuerat, paſſim ac temere iurandi: alterq. ſuffectus haud paulo melior, ad Dei gloriam omnia referendi. confeſſiones exceptæ ad ſeptingentas. ad Eccleſiam rediere nonnulli. aliquot abactæ pellices, aut cum amatoribus matrimonio coniugatæ. confirmati multorum animi in morte, eorũq. corpora poſt mortem tradita ſepulturæ. Habuerunt & Germanici manipuli ſacerdotem ſuum, & reportauit ex his ſacerdos exultans manipulos ſuos.

## DOMVS. PROBATIONIS Tornacenſis.

TORNACI priore anno duodequinquaginta, poſteriore triginta ſex. Hic autem, quoniam

*niam qui recentes ad nos veniunt, formantur in mo-*
*res Societatis: operæ erit, opinor, ſi aliquorum in-*
*greſſu primum, deinde de profectu multorum ea bre-*
*uiter expediam, quæ ſperem non inutilia pleriſq.*
*accepta quidem certe ac iucunda omnibus fu-*
*Ac primum de adoleſcente, qui quod ui precum*
*non obtinuerat, Diuino quodam ſtratagemate po-*
*quam humano conſilio, feliciter extorſit. era-*
*Patri Adorno notæ olim pietatis viro cogna-*
*coniunctus: ita Catholicæ veritatis vel a prima pue-*
*ritia tenax, vt pro ea, domeſtico cum magiſtro, q-*
*hæreticum habebat, non citra plagas prælia*
*nuerit. Quartumdecimum agebat annum, cu-*
*Societatem animum applicat, oratq. admitti-*
*videlicet crudus. biennium expectare iuſſus. ea-*
*ter interea homo pecunioſus et locuples moritur*
*puero (erat autem vnicus) herede relicto. In-*
*ditur in ſextumdecimum annum: aperit matri-*
*ribusq., qui eum Duaco euocauerant, propoſi-*
*religionis. Indigne ferunt hoc illi: honores pollice-*
*diuitiasq. oſtentant. vbi hæc irrita, puella addu-*
*meliore forma, quã fama, vt inſidietur eius pudi-*
*Neque hoc procedit. caſtus enim adoleſcens*
*turum ſe pernegat templum Spiritus Sancti. illi-*
*offertur ſpes et fumus Aulæ Regiæ. nihilo mi-*
*temnitur. opimum ſacerdotium ab Epiſcopo. tam-*
*dem. Decurrit mater ad preces & lacrimas: illa-*
*muliebria. placat lugentem filius præſenti allo-*
*Duacum reuertitur. Hic etiam ſubdoli cuiu-*
*fingẽdis virtutibus detexit fraudem inuolutam*

latione

*latione beneuolentiæ. Vix effluxerat (et numerabantur dies) dicti biennij tempus, orat precarium aditum, quem videbatur ſibi, pro debito poſcere: iterū reijcitur. Quid ageret tanta ſpe deiectus? A coſtātia mutuatur cōſilium: ſtatuit ad ædes tyronum Tornacum proficiſci per ſpeciem alicuius inuiſendi, indeq. ſi ſemel admittatur, nolle egredi: donec quod obſecrationibus non datur, extundat pertinacia. cetera enim Deum viſurum. E re autem nata contigit, vt tres per illud ferme tempus a Patre Prouinciali deducerētur ad Tyrocinium: e quibus vnus arcta cum hoc familiaritate deuinctus. offert ſe illi ſocium itineris, Patre Prouinciali nō abnuente. ipſo in itinere iterat preces: Pater bonum habere animum iubet. Interea fit illis obuiam Nouitiorum Præfectus cū alumnis aliquot ſuæ diſciplinæ: e quibus tres laceram geſtabant veſtē ac ſordidam: illa honeſtamenta Nouitiatus. extinxiſſet alij cupiditatem tam vilis aſpectus: illi magis accendit. Rogat Pater, num ita ſit potens ſui, vt illam ſibi imperet Veſtem Nuptialem. Vtinam, inquit ille, ego a te impetrem: ego mihi videlicet imperabo. factum eſt. reiecto pallio luridam lacernam ac ſciſſilē ad mediam vſque ſuram eleganti ſagulo flaui coloris, quod fibulæ diſtinguebant argenteæ, cæruleiſq. femoralibus virgatis item argento, ſuperinijcit. ita veluti candidatus Societatis exilit lætitia. Hic viſus locus explorandi an eo veſtitu ſtipem in proximo (erat autem pagus) emendicare vellet. Præcurrit ille ingenti cum ſui victoria & irriſione puerorum, qui adoleſcentē viderent egregia indole attrita ſemi-*

*cinctum*

*cinctum tunicula, interlucente ſerico atque arg*
*cibum quæritare oſtiatim . ita, ut ſanæ egens m*
*oſtentui erat. ipſe in ſinu gaudere, acceptasq. elem*
*ſynas pauperibus diſtribuere. Quid plura? eo h*
*Tornacum uſque perrexit, cum in ſe conuerter*
*miratione oculos animosq. cunctorum. excipitu*
*mi cœna hoſpitali, ea condicione, ut poſtridie e*
*iam proinde veſtitum Nouitijs reddat. ille vero*
*gare ſe poſiturum iam triennio expetiti Nouit*
*inſignia: nec vlla ratione extrudendum dom*
*mauult eſſe abiectus, quam habitare in tabern*
*peccatorum. adiuuerunt iuſta eius vota tyron*
*niũ, quibus pleriſque erat cognitus, coniũcta p*
*Illis cũ contradicere vix poſſet Pater Prouin*
*( valebat enim cauſa rogandi, & gratia roga*
*ſe exorari non ægre eſt paſſus. At iuuenis*
*facta tandem manendi poteſtate, lætiſſimus*
*Iucundũ hoc igitur auditu. æque illud, quod ſeq*
*niſi quod plus fortaſſe habebit admirationis, c*
*ſtabit quantum valuerit indoles pueri, quem*
*ſanctis hortatibus inſtruxerat, vt pæne in incun*
*iaceret fundamenta pietatis. Mater cuidam*
*erat nobilitate inſignis ac virtute Chriſtiana*
*hæc iam ſeptem liberorum parens, nouiſſimu*
*quaſi poſtumum ediderat: viroq. mortuo tota*
*erat, vt ſuos educaret Catholicæ religioni. inſt*
*illis cum lacte odium hæreticorum: quorum ſ*
*quaſi ferarum, aut furiarum potius, teneris ſub*
*bat animis, amicos ſuos veneno inficientium,*
*Inferos detrudentium, vbi horribilis nox æ*

*cruci-*

cruciatus: præſtare ab illis interfici: ſic enim illuſtris emi palmam Martyrij: quam præferentes, in cælum deducuntur Angelicis ſtipantibus choris, ad immortalis Dei Virginisq. complexum. afferebantur exẽpla Pancratij, Venantij, Vrſulæ comitumq; Hagnes, puerorum denique puellarumq. innumerabilium, qui virtute firmiores, quam ætate, ſanguinis ſibi ſemita ad cæleſtẽ patriam iter aperuerunt. His vocibus infantium aures perſonabant. hoc hæreticorum odio rudes per ſe mentes atque integræ imbuebantur: hoc ardore incendebantur, vitam, antequam plane eius guſtaſſent ſuauitatem, pro re Catholica profundendi. Hic, de quo loquimur, omnium maxime. ſic vt cum aliquando iactari audiſſet domi, Niuellas occupari ab hæreticis, pueriliter blandiretur matri, vt eo ſe ire pateretur ad deſtinati Martyrij votum. Tum mater. Non eſt fili, quod hunc ſuſcipias laborem itineris, breui ipſi hic aderunt. ergo hac puerulus opinione concepta, totos dies præſtolabatur eorum aduentum, e ſpecula aſſidue proſpectans. Matrem interea ea ſubijt cogitatio, vt experimentum caperet puerilis conſtantiæ. Quodam die cum eſſet hic puer cum fratre, qui eũ proxime ætate anteibat, subornat ignotum illis virum, armis militariter opertum, qui truci vultu ac minacibus oculis hæreticum ſimulãs, ſecuri, quam manu geſtabat, vtrique minaretur interitum, niſi clamarent illico. Viuant hæretici (hoc enim mater nefas eſſe docuerat) Valuit apud maiorem metus: at noſter contra nihil perterritus: Immo vero, Viuat Rex, inquit, & Eccleſia Sancta (ita ad-

monuerat

*monuerat quondã illa tali in diſcrimine clamand vt ex eo, quod dixit, facile apparuerit, quid fact eſſet ſi tempus tuliſſet. contigit deinde vt Mech (ibi hæc gerebantur) hæretici introirent, ſclop ingenti ſtrepitu in foro diſploderent, vt multip rent metum. hic rumor cum accidiſſet ad aures p ri: rapi ad necem Catholicos exiſtimans, clam o bus domo egreditur (Origenem diceres) empt morte, vt poſtea dixit ipſe, Martyrium. ſed ad ſu tinuo retractus. Cum autem cedendum eſſet m eaq. victoribus relinquenda, mater veſtitu nobi tem diſſimulans, ſe ſe periculo exemit: educendi p dat alteri mulieri prouinciam. Hic cum venta ſet ad portam obſeſſam militibus, ſeq. inter m hæreticos eſſe puer intelligeret: vt neminem a intentare mortem, ne amitteret occaſionẽ Mar genua flectit. Tum vero ad vnum conuerſus, qu batur vultu ferocior, et huic muneri magis ido Heus tu hæretice, inquit, ſtricto gladio iam m ratum interſice, vt fiam Angelus Dei. Stetit ille tu geſtuq. formatus ad cædem, manum ad capul ferens. ſerio, an ioco: ſed eum interea mulier (ren licet ac renitentem) immane quantum pauens a xerat. Quis credat tantam ſitim Martyrij in ea tula fuiſſe? vix dum quintũ annum expleuerat. gnã e rebus præſentibus concipiebat mater ſpem ræ lætitiæ: quæ nec luxuriauit illi, nec vana ca cum enim tali puero cum hac indole animi cre corpus, grandior natu Patres orat, vt eorum vo te in Societatẽ ingredi liceat. viſus eſt dignus qu*

petra-

petraret. dat litteras proinde ad matrem, eius rei nuntias, ſimulq. illam ineſtimabili gaudio complet: quo tamen ne ſincero frueretur, effecerunt ſcrupuli, quos iniecerunt ſapientes huius ſæculi, qui nodum quærentes in ſcirpo, admonuerunt viduam, vt ſemeſtre tempus ad integram conſultationem, adoleſcentiſq. probationem acciperet. At illa, ne videretur eorũ negligere auctoritatem, ſi ſecus faceret: aut amorem filij, ſi naturali matrum cum deſeruntur a liberis, ſenſu non moueretur: adoleſcentem, Leodium (iam enim illuc conceſſerat) vocat. pluribus interrogationibus excutit eius animum: quem vbi firmum in propoſito reperit, materna quadam beneuolentia admonet adhuc re integra, vt ne incautior ab iuuenta (cuius inconſulti impetus, cœpta initijs valida, ſpatio langueſcunt) eo ſe conijciat, vnde poſtea eijcere ſe ſalua exiſtimatione non poſſit. nondum eſſe maturum corpus inſtituto ſeuerioris diſciplinæ. eius porro rei arbitrium virorum prudentium fore. non recuſat adoleſcens, vt faciunt qui bonam cauſam habent, quemcumque arbitrum. Sed cum differretur cognitio diutius quam vellet, matrem vrget, orat, obſecrat, vt ne ſe amplius deſiderio tabeſcere patiatur: Neſcire Spiritus Sancti gratiam tarda molimina: neque vllum cunctationi locum eſſe in eo conſilio, in quo periculoſior ſit mora, quam feſtinatio. Vbi adoleſcenti ſtat ſententia, porrigit ei mater legendum teſtamentum, quod pater in morte condiderat: quo ſcilicet æquis eum partibus, licet natu minimum, alijs cum fratribus, præter opinionem omnium & communem conſuetudinem, inſtituerat he-

redem:attributa etiam ei portione, quam magn
re cupiebat. addiderat teſtator cautionem, vt n
pateret aditus ad hereditatem ei, qui in aliqua
gioſorum familiam ſe concluſiſſet. Hic vero v
gladius quidam in teſtamento reconditus: ita
nerari ſenſit adoleſcens: quippe nondum plene
rat rerum omnium affectum. Sed vt erat tan
gno animi robore ſeptus ac pietatis, nihil tan
vt nihili facientem humana omnia, quo Chriſ
ceret lucri, deijcere potuerit a tam certa amp
ne voluntatis. Itaque cum benigne dixiſſet p
memoriæ, inſtat acrius vt eum mater liberum
tat, quem pater patrimonij exortem iubet exp
philoſophari. Non fuit adeo difficile vincere m
gnantem. conceſſit enim illa liberaliter quod
tur: orans ſuppliciter vt tam præclarum in
proſperaret Deus, beatamq. eo nomine ſe præ
quod filium genuiſſet, quem Numini conſe
Narrabo nunc velitarem quamdam, vt ita
verborum pugnam, e qua quidam e noſtris tyr
victor diſceſſit. Hic erat Epiſcopi cuiuſdam ſor
lius, ab eoq. accitus, cum primum de ipſius v
te cognouit. Ac prima fuit cum viro quodam,
ipſe ſubmiſerat Epiſcopus, proluſio. Vis fieri I
Diſſimulaturum credidit, aut negaturum. Eti
quit ille. Quonam proficiſceris? Tornacum, a
tuerpiam. At longe aliud tuo eſt auunculo de
tionibus vitæ, conſilium. Tum noſter. Alia ſu
conſilia, alia hominum. Et humanis ſæpe aliq
tercidit medium, quod officiat. quod Deus am

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nino non fieri non poteſt.ita quod ego eo auctore uelle incepi,eodem adiutore perficiam. quod vbi erit factum,auunculus,ne Diuinæ repugnet voluntati,aut libenti patietur animo,aut certe æquo.Hic alter.Vide quid agas . Diu delibera quod ſemel ſtatuere debes. Nihil eſt in huiuſmodi rebus tam inutile, quam celeritas.Sequitur ſæpe celer pœnitentia,ſed ſera poſt factum.Preme & matura hunc tuum conceptum etiã atque etiam,ne ſi promas feſtinãter,facias abortum. Noſter denique . Ego vero diu hoc parturij , quod nunc pario:mihiq. eo minus dubitationis datur,quod Deum ſequor vocantem.Videant ij,quorum hæc deliberatio eſt,ne dum mihi obſiſtere volũt,Numini reſiſtant.Biduo poſt ipſemet Epiſcopus cum eo agit,decreturus videlicet quid facto opus foret : & quo liquidius iudicaret de animo iuuenis,tormentum quaſi adhibet,virum prouectæ ætatis, qui noſtram olim expertus militiam,defecerat intra biennij tyrociniũ. Atque inter cetera auunculus.An te firmiorem futurum hoc putas , cum ſis tanto adoleſcentior tanto ſeniore , qui mature ſubduxit collum iugo, quod ferre non poſſet? At arbores, excepit iuuenis,quas multi durauere Soles, ſi quam in partem incubuerint,citius frangas,quam flectas. Tum Epiſcopus . Tenellæ arbores pondere premuntur impoſito, & exuberantes tantum folijs,extuberant quiſquilijs. Neque iſta ætas tam viridis æqua erit animo tam ardua cupienti.tanto impar oneri,aut concides,aut fatiſces.Modeſte hic quoque adoleſcens.Animam ponere in Diuino obſequio optandum eſt. Ego me tradam conſilijs Pa-

*trum, qui ſapienter omnia, Deiq. inſtinctu*
*tur. ij rem totam gubernabunt. mihi tantum*
*bus vt pro virili obtemperem, curæ erit. quo*
*ptus ero ad ſtudia litterarum, verram ædes,*
*cibos, veſtes reconcinnabo: in ſumma agam*
*dummodo aliquid agam inter famulos Dei. ſic*
*poſito perſeuerauit, ac vicit. Tales iuuenum*
*qui ſub nobis mereantur, & tam certa pecto*
*tus Sanctus impellit: talia ſunt eorum Tyroci*
*menta: quo fit, vt Deo freti, parendiq. virtut*
*ti licet, atque ætate tenera, nec morbidorum*
*cruſtaſq. exhorreſcāt, nec periculis terreantu*
*tyrunculi Chriſtianam tradituri doctrinam (*
*ciunt in pagis etiam oppidiſq. vicinis) præ*
*quaſdam, quibus Elephantiaci attinentur.*
*bis eleemoſynam petit. Tum quidā e numer*
*rum ſiſtens gradum: Spiritualem, inquit, ſi*
*poſſum tribuere. Annuit ille. Hic noſter er*
*minem cœpit, & conſolari eo ardore mentis*
*ri mirarentur. Aduertit ea res deinde omnes*
*eodem erant valetudinario. Accurrit illico*
*hominum miſerabilis, monumentum humanæ*
*tatis, non illuuie modo horrida, ſed exulcerat*
*macularum labe contecta. vbi tam multos vi*
*xiſſe adoleſcentulus, de integro ſermonem in*
*duplici lepra, corporis, & animi: hanc oſtend*
*eſſe deteſtabilem: illam interdum vtilem, pati*
*delicet, eius virtutis, qua poſſidemus animas*
*vel effectricem, vel certe indicem. quin non re*
*rum ſe ſanioſa illorum vlcera ore lingere, &*

*gere ling*
*poteſtas.*
*pronunti*
*multas f*
*attollere*
*luntatem*
*cto reme*
*poſito P*
*bus, com*
*bat) per*
*nem vid*
*ſtit prim*
*obedient*
*gnum fe*
*vitam, co*
*diens na*
*dem hab*
*obedien*
*tur, no*
*quamq*
*Nec m*
*ctoria l*
*cētur, v*
*quoque*
*tes e Ca*
*qui vo*
*haurir*
*poſtea*
*bat, vi*
*num, q*

gere lingua, ſi facta eſſet ab ijs, in quorum manu erat poteſtas. ita efficax fuit adoleſcentis oratio, tantoq. pronuntiata cum ſenſu, vt, cum inter audiendum, illi multas funderent vbertim lacrimas, crebroq. manus attollerent cælo, gratias agentes: promptam eius voluntatem videatur Deus, ſcrutator cordium, pro facto remetiri voluiſſe. Euocabatur alius feſtine a Præpoſito Prouinciali Antuerpiā: it confeſtim ſuis pedibus, comitem non requirens (neque vllus ſe offerebat) per viam, quam nouerat. Medio in itinere immanem videt lupum ex inſidijs prædæ inhiantem: ſubſiſtit primum repētino pauore ictus: tum cogitans vim obedientiæ, tantum fiduciæ cepit, vt cum Crucis ſignum feræ obieciſſet, eam viderit, quaſi viſo perterritam, concito curſu fugientem. Idem Antuerpia rediens naui, vim prædonum, qui infeſtam ratibus eamdem habebant oram, admirabiliter effugit. Vir enim obediens ac cælum modo ſpectans, non terra ſuperatur, non mari: ſed Diuinis ſeptus armis, proximam quamque victoriam, inſtrumentum ſequentis putat. Nec mirum: cum ſe ipſe primum vicerit, quæ eſt victoria longe pulcherrima. quam ad rem noſtri exercētur, vt alijs deinde opem ferant. Ea occaſio duobus quoque ex eodem Tyrocinio oblata eſt, cum redeuntes e Catechiſmo, virum quemdam viſum in flumine, qui vorticoſo rapiebatur gurgite, antequam penitus hauriretur, ſemiuiuum extraxerunt. Narrabat ille poſtea noſtris adoleſcentibus, conſeruatoribus, vt dicebat, vitæ ſuæ, eo ſe deiectum quattuor impulſu latronum, quos haud dubie dæmones aſſeuerabat. Age iam



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

veniamus ad veteranos, qui Tornaci verſatu
tyronibus in eodem cõtubernio. horum enim
minime contemnendus: in componẽdis litibu
diiſq. multorũ: in reducendis hæreticis ad Ec
in muliere vna reuocanda ad religioſam vitam
erat profeſſa: in viſitandis ægris uinctiſq: in
dis pagis ad Dominorum obſequium, ad piam
& Chriſtiano nomine dignam: in tradenda
ſpiritualium meditationum, ipſis etiam viris
ribus, atque adeo Præfectis Cœnobiorũ: quæ
omnia ſtrictimq. ſatis habui verbo attingere
ſponſis denique præbendis, iis, qui conſulere
auribus, iis, qui noxas confiterentur. Quo in
ſeparatim contigerunt quædam, quæ narrari
tur poſſe ſine ſuſpicione offenſæ. Vir quidam
te dæmone in Aethiopis forma truculenti, &
lante conſcientia, miſeram vitam ſtatuerat m
nire. Sed, Deo tandem aſpirante, ſpe veniæ co
vnius bono confeſſionis, et exuit conſilium
nec mortiferum monſtrum amplius aſpexit.
erat paupercula cum viro liberiſq. parce ac
vitam agens: ſenſit ea aliquando, illam ſibi m
cuius induſtria victum quæritabat, deinceps
chium a malo dæmone inſideri: ita, vt & pra
illud videretur, & ipſa interdum mente emota
corpore affligeretur ad terram. verebatur igi
a brachio inuiſa illa peſtis aditum ſibi aperi
reliquum corpus. venit ad nos, cum marito, re
mali expoſcens. admoniti, animum expiant c
ſione peccatorum, ſacramq. Euchariſtiam acci
iube-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*iubentur præterea id ſingulis menſibus iterare: obſeſſam deinde manum ſigno Crucis imprimere, et aſpergere aqua luſtrali: faciunt imperata: redeunt poſt tertium menſem: narrat ſe mulier ita leuatam importuno malo, vt pro liberata haberi poſſit. Alia etiam mulier hæretica, cum & puderet vitæ ſuperioris, quam non probabat, & pigeret nouæ, quam inſtituere difficile uidebatur: varia agitabatur & incerta. hoc in curarum æſtu aſſedit ad Scalden, qua Tornacum præuehitur, in ripa, magis fluctuans mente, quã illud ipſum flumen, quod intuebatur. offert ſe illi ſpecies viri veſtitu rubicundo. eam, ſi ſalua vult eße, ſe ſequi iubet. illam interea pia quædam conſpicatur mulier, & ab aſpectu ipſius ſilentioq. ſuſpicata id, quod erat, blande appellat, ægramq. animi, ab eo loco in proximum abducit. Neque diu abſuit monſtrum furiale promptum inſidijs: pollicitationibus eam iterum minisq. aggreditur: non eſſe hunc locum, vbi ſecura viuat, religione prægrauante: aperturum proinde (ne recuſet) effugij viam. Hæc dicens, auellere etiam atque etiam molitur e complexu, quem geſtabat mater infantem. hærebat miſera, conſilij prorſus expers, atque ignara auxilij. In hac confuſione inopiaq. mentis, vox neſcio vnde redditur, ad aures miſſa. Vade ad Ieſuitas: illi conſilio te, atque ope iuuabunt. Diſtulit tum quidem non abſimili ſpecie vlceroſorum auerſantium medicum formidine ferri, aut ignis. Paucis tamen poſt diebus alterius hortatu mulieris, cum qua rem communicarat, noſtris vnum e ſacerdotibus conuenit, & multum licet obluctante dæ-*

te dæmone, obſtrepente, vocem eripiente, longi
moram increpante, permoleſtam animi pertu
nem coſtanti confeſſione placauit. Sequitur
quiddam in muliercula, quod recte dixeris mi
Feſto hæc Viſitationis Beatæ Virginis die, ab
quod quattuor leucis abeſt, Tornacum venit,
req. confectis negotijs domum reuertitur. In
circumſiſtunt ſolam tres lupi valentes, nulloq.
re proſternunt: appetunt morſu tenuiculam
dentibus trahunt lacerantq: corpus non atti
eam poſtremo præcipitem in deſertum raptan
quem aqua oppleuerat. et actum eſſet penitus
ſella, ni acceſſiſſet mulier eximia pulchritudin
vt eã videntem manifeſto exemit periculo, ex
elapſa eſt. Atque hæc Tornaci. Quæ quo ſoluti
mo deinceps fiant ad animarum vtilitatem,
ſuam cauſam ſuſcipiens, exoluit noſtros alijs
quibus implicabantur. Nam & Sacellum ex
tum auctumq. ſacra ſupellectili, & ædium p
Parmenſium Duce olim conceſſa, quæ aliquan
batur habere cõtrouerſiam, antiquo Domino
tis bona fide agente, adiudicata nobis iterum
non expectatis ipſe iacuit teſtibus, & veritas
male tegebatur, ſuis indicijs emanauit.

## COLLEGIVM. AVDOMAREN

AVDOMARI triginta. Habitæ con
Dominicis feſtisq. diebus ternæ. Galli
gua Flandricaq. multorum commodis vtili

ſeruaq

ſeruierunt. cum audiſſet quidam de Villico iniquitatis, ita permotus eſt facti imagine, vt debitorē ſuum, quem habebat in carcere, vltro laxauerit, laxiorēq. ei conſtituerit diem ad reliquum ſoluendum, aureorum fere centum ſumma remiſſa. Contractas omni vita maculas eluerunt confeſſione ducenti. pacificata hominum paria duodecim. ſex mulierculæ e cæno libidinum emerſæ. ſuperſtitioſus ſchedularum vſus, quæ flexuoſis inſcriptæ notis, aptæq. e collo, morbū auertere, aut faſcinum dicebātur, expulſus. Medicamentum efficax abigendo partui interceptum: ab exitio voluntario & deſperatione nonnulli reuocati ad ſpem vitæ melioris. Puella quædam, ætate ſexuq. improuida, facilisq. inanibus, formidoloſis liberata dæmonum præſtigijs. reſtitutum æs non modicum, quod fuerat male quæſitum. collecta ſæpe hominum pietate, liberalis eleemoſyna, & nongentorum aliquando florenorum, tranſmiſſa ad vicinam vrbem, egenorū ſubſidio. hæretici aliquot ad fidem traducti. adiuti in lectulo morientes, damnatiq. excurſum in pagos, & Societatis munia vſurpata cum fructu. Congregatio Deiparæ, & pietate creſcit, & numero. ex hac octo, anno proximo in diuerſos religioſorum ordines adſcripti. Non ignota hæc ciuibus, qui ſuam erga nos beneuolentiam, re etiam ipſa, non tantum ſermone teſtantur. ornatum eſt templum aureorum octingentorum, auctum Collegium florenorum termillium impenſa.

COL-

## COLLEGIVM. DVACENS

DVACI, vt plurimum vndequadragi
terdum triginta ſex. ſcholaſtici, vt ex
Theologiæ ſtudioſos, quingenti. Decurſo Philoſ
ſtadio, tres ſui ſpecimen dedere profectus, freq
in cœtu plauſuq. nobilium. fauit vni eorum At
tenſis Epiſcopus: qui paulo ante trecenorum
norũ munere noſtri promouerat templi ædifica
ex illis autem tribus adoleſcentibus, vnus inte
cooptatus. Scholaſtici etiam ceteri in tragœdiu
ſpectati probatiq. Mirum eſt, quam ſint fere o
pij ac religionis colentes: ij maxime, qui ſe ab
Congregationem Beatæ Virginis, quaſi ſegrega
Videas pueros non duodecimũ egreſſos annũ, m
impetu animi ita præcurrentes ætatem in ſupp
corporis, & ſanctorum frequentatione myſterio
vt relictum dicas iri grandiores, niſi ipſi iam
corripuiſſent. etſi enim vna eſt Sodalitas, qua
præſcripſit nomen Dei Matris: ex ea tamen tre
luti Coloniæ propagantur. vna ab Sancta Cruci
tera a Sanctorum Omnium nobilitata cognomi
& tertia, ijs tantum patens, qui in multis religio
familijs arctiorem profitentur viuendi diſciplin
Has porro familias ita auxerunt ea Sodalitia, v
rum quædam quaſi plantaria cenſeantur. in va
tralati triginta. excepimus & nos noſtram v
partem, viginti quattuor. Alij vel ſuorum veni
vel tempus expectãt. vnus præcipue adoleſcent

au

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aut potius puer: cuius in adiuuandis proximis is eſt
ardor mentis atque amoris in Deum, vt quantum ſu-
pereſt otij a rebus ſcholaſticis, totum id collocet in
obeundis vicis ab vrbe remotioribus, & in ruſticis
hominibus, rudioribusq. pueris inſtituendis, quos
pijs etiam munuſculis allectat. Cum quæreret ab eo
quiſpiam cur in tantis opibus cum eſſet, aſperiore ve-
ſtitu vteretur: Vt vel iam nunc (reſpondit) aſſueſcam
mori Ieſuitarum. Habet hic ſocios ſuos, annis ſtu-
dijsq. æquales. quorum purioris vitæ æmulationem
acceptam eſſe ſibi, hoc facto Deus, vt videtur, oſten-
dit. cum enim in templo eſſent aliquando conferti, uo-
luntate confitendi, nec longe abeſſent a ſede, ubi erat
ſacerdos, ſubito lapſu ſuggeſtum uaſta mole corruit,
nullius offenſa, multorum metu. Alium quemdam
febris lecto affixerat: dum æſtu torretur uehementi,
iubet ſibi afferri aquam ex fonte Beati Morunti, quē
hæc urbs ſuum ueretur cuſtodem ac præſidem: eo
apud Deum deprecatore uſus, allatam ubi exhauſit,
febris extincta eſt. Nec uero pueri tantum nobis
dant operam, aut Duacenſes: externi etiam, atque
ætate prouecta. e quibus unus eſt quadragenarius.
quippe uxore amiſſa ſe attulit nobis, filiumq. &
fratrem germanum adduxit, litteris imbuendos.
quamquam ipſe etiam maiora molitur, &, cum Deo
uolente, cogitat Societatem. Adiuti piorum elee-
moſynis, qui ſe propter inopiam tueri, aut incepta ſtu
dia perſequi non poſſunt. atque in his magni animi
adoleſcens: qui amplis licet honeſtisq. parentibus,
quia tamen hæreticis, mauult in alienis terris patiē-

tia

*tia paupertatis ornatus, corporis incommoda, qu*
*ſuis in ædibus omni rerum copia abundans, a*
*periculum ſubire. Sed et tripartita illa, de qua*
*pra diximus Sodalitas, ſacroſanctæ Euchariſtia*
*tum honoremq. iam ſibi proprium ac peculiarem*
*ſciuit: ſiue cum paſſim ad ægros: ſiue cum in ſing*
*annos recurrente celebritate: defertur per vi*
*inumbrante carbaſeo velo, quod ipſi viciſſim ſub*
*tes, ſublatis adminiculis intendunt: longoq. ag*
*illuminantibus pompam cereis facibus, quas ge*
*præferunt ordine, modico interuallo diſpoſiti: ea*
*riore anno numeratæ ducentæ quinquaginta. A*
*tur propterea noſtris animus ad labores, proxim*
*vtilitati intentus. Naufragi quinque fide Cath*
*in portum reducti. recollecta multorum diſcidia,*
*in certamen exceſſerant. Cœnobium virginum,*
*rupta veluti Sacramenti reuerentia, neglectaq.*
*tiſtita, corpus quoddam ſine ſpiritu iacebat, re*
*iam videtur, obſtrictis fere omnibus religione p*
*di, obſtructaq. feneſtra comperta flagitij. Vna qu*
*ex ijs deſperatione Diuinæ miſericordiæ, flamm*
*curarum incenſa ardentibus, conſtituerat inſtam*
*domum, vt cum ſui deflagratione, omniũ ſequer*
*incendium. obuerſabatur ei malus ante oculos d*
*cum tæda funeſta. Interea, mortalium more, quo*
*animos etſi cupiditas vitæ præſentis, non omnino*
*men futuræ cura deſeruit, cum diuerſæ orirentur*
*licitudinum formæ, ſpeſq. veniæ a Deo impetra*
*affulſiſſet, concepti ſceleris atrocitatem pœnitẽtia*
*cuſſit. Nec defuerunt aliæ mulierculæ, quarum*

*prouidas,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prouidas mentes ac molles, ludificatus hoſtis, vetus fallendi, in errorem egerat ac tædium vitæ. Puella quædam admiſſi pudore flagitij, mortis conſilium ceperat. genus quærebat. ferro, an laqueo. Vtrumque tētauerat: ſed reuocāte voce, qua per aures ſentiebat verberari animum, abſtiterat cœpto. nihilo magis abſcedente cura, accurrit ad flumen, vt miſeram animam extinguat. hic etiam viſu in vndis flammæ ardeſcentis, differt propoſitum. Incidit tandem aliquando, ingreſſa templum, in concionatorem inuehentem in eorum pernicioſam verecundiam, qui inter confitendum, ſcelera ſilentio tranſmittunt: aperientem vere grauiterq. quæ eſſet poſtea ijs mentis trepidatio, quæ ærumna vitæ, qui angor, quod telum obſtrepentis conſcientiæ: quæ denique alia iræ ſigna cæleſtis. Dici hæc ſibi credidit. Itaque cū feciſſet quod a Deo monebatur, quieuit. Alia falſo inſimulata criminis, cum firmi animi & conſtantis contra aduerſum rumorem eſſe non poſſet, durius vitæ ſuæ conſulere ſtatuerat. it cubitum mærore proſtrata: non Deo ſe, non Cælitibus commendat, ſuprema agitans: deuouet potius caput dæmoni magno, eiuſq. ſatellitibus. viſi adeſſe per noctem, et inopem conſilij circumſiſtere: quæ tandem externata malo, vt ex his emergeret monſtris, quibus ſe ſponte ſubiecerat, ſapiētiora reſpexit. Quamquam & militem quemdam ſimilis furor inuaſit. Detinebatur hic in carcere multa furtorum fama: quæ cum inficiari non poſſet, expectabat mortē haud dubiam: ergo eam occupare conſtituit, metuens ignominiæ. inediam firmat iure iurando. nec ſatis hoc. dia

bolum

bolum inclamat, horrendum, vt deuotam ani
extrahat e corpore. His auditis, conterritus
carceris, refert ad Senatum quæ vinctum agite
temperiæ. Noſter illico mittitur ſacerdos. Om
quæ ad hominem deleniendum, caſtigandumq. v
bantur apta, principio dicta factaq. Perſiſtebat
natus ille & peruicax amentiæ. Dei demum be
tate, noſtriq. conſtantia ſacerdotis, quemadmodum
ſtilis curuationem paulatim dirigit ſubiectus ig
ſic ipſius peruerſitatem animi ſenſim correxit
propoſitæ ad contemplandum vltrices flammas
rorum. Poſt confeſſionem mira ſequuta tranquil
tantaq. criminum deteſtatio, vt plurimum ſe de
accuſatoribus fateretur, quorum beneficio, comp
tum cum corpus eſſet, animus fuiſſet peccato
vinculis exolutus. Pœnam deinde dictam fuſtu
atque exilij ita accepit libens, vt procumbens ad
dicum pedes, gratias ultro ageret, quod minorem
to irrogaſſent pœnam, quam quantam ipſe com
ruiſſet. Vxor etiam, exulem, quod primo recuſa
quuta: noſtrorum ſcilicet hortatu, ac ſanctitate
trimonij: cuius ea vis eſt, vt miſeræ interdum m
res feros virorum mores perferre cogantur. Sed
cit eas Deus plerumque, & iuſtas preces opp
rum exaudit. Non longe abiero. Ex harum num
quas maritorum torquet veſania, erat vna collo
homini, qui ſuper ebrietatem, neque continentiam
guæ, neque Diuini honorem Numinis penſi habe
Quid agat hic vxor prudens & proba? aut quid c
ſilij captet? admoneat? operam perdet. reprehend

accendet

accendet acrius. uerba ingerat? excipiet uerbera. ad Deum conuerſa eſt ſupplicatio. nec nihil actum. Sollemni quodã die uir largius operatus uino, obrutuſq. epulis, ante focum edormiſcebat crapulam, ſonorum proflans ſomnum e graui pectore: ſed, ut accidit onuſtis potu ciboq. eo ſæpius interrupto ac repetito, languenti iacebat, quam dormienti ſimilior. Hoc tempore minax facies ſemiſomno offertur, ac ſi dilatam ulterius moraretur confeſſionem, cædem intentat. Diſcuſſit ſoporem incertum non ambiguo metu, clamoreq. ingenti, In craſtinum In craſtinum. accurrenti uxori, & quid hoc rei eſſet quærenti, uiſum exponit. poſtero die promiſſum exoluit. Longe alia ratione, ſpecieq. mitiore, ſui alius officij commonitus. Ex antiqua is erat familia ac locupleti. Laudi hoc ſibi ducebat ac pietatis ſtudio, ut multarum luſtraret prouinciarũ urbes, atque in earum tẽplis illuſtrioribus, Sanctorum uiſeret reliquias, coleretq. Cũ hoc igitur ageret, quodã die obuium habuit hominẽ ignotũ: quẽ, perbenigne ab eo ſalutatus, uix reſalutãs, prætérijt: ut erat ſuſpenſus animi, atque itineri intẽtus. Reuocatus deinde ab illo, compreſſo veſtigio. Numquid me vis? inquit. Cadent, ait ille, hi tibi omnes in irritum labores: neque enim vmquam Deum propitiabis, aut tuos apud eum Cælites habebis aduocatos, niſi tale peccatum (et diſerte explicabat quale eſſet) ſacerdoti aperias. Stetit ſtupore defixus, terram intuens: pudor mentem oppreſſerat: cogitans interea qua is via ad facti abſtruſi atque abditi peruenisſet cognitionem, vt reſpicit iterum, nullum videt.

Tum

*Tum uero ueluti emerſus ab admiratione, Am*
*arbitratus tutelarem, quem propterea ſtudioſi*
*nerari inſtituit, fecit, ut ne illa admiratio fruſt*
*ſet. Nauata eſt etiam opera pagis ſub urbem:*
*virginibus ueluti formandis: conglutinando c*
*Dominoq. quorum uterque diſtractus ab alter*
*trahebat partem: cōfeſſionibus accipiendis: imbu*
*pietate animis, & myſterijs diſciplinæ Chriſ*
*Quo in opere cum ſimplex anicula, de pueris,*
*terrogabantur in templo, didiciſſet, ligneam*
*Virginis effigiem, quæ erat in altari, non ipſa*
*Dei Matrem, quam colimus, cū ipſa migrar*
*lum, ſed eius imaginem: tanto perfuſa eſt gaud*
*ſe tam craſſo liberatam errore animaduertit,*
*temperauerit, quin fauſta acclamatione Catec*
*claraq. gratulatione proſequeretur hoc ſa*
*cuius uel prima pueritia docere poßet canici*
*perioris.*

## COLLEGIVM. ANTVE
## pienſe.

ANTVERPIAE *priore anno*
*quinque: e quibus mortem obierunt d*
*ſteriore ſeptemdecim: imminutum credo num*
*rerum inopia: quæ etſi magna eſt in hac urbe,*
*opulentiſſima: non obliuiſcuntur tamen eius ci*
*cræ ſupellectilis: inſtruxerunt enim templum*
*naruntq. Nitet purpureum circa altare comp*
*laxo amictu cultuq. magnifico: æſtimatur f*
*quadra-*

quadri
ex San
comiti
ad ſacr
dentiu
minus
vna ab
aborſu
ioris a
cio plu
libera
mēta p
ſed edi
li etia
nes ſp
lere, i
cis ad
dem r
nes ſe
ro fa
anima
niſter
cauſa
ſceler
re no
nebr
cean
etian
conſ
enun

quadringẽtis. Sed maior acceſſit ornatus uneratioq.
ex Sancti Gulielmi capite, & compluribus Vrſulæ
comitum, aliorumq. Cælitum reliquijs. Magnus hinc
ad ſacram Synaxim, maior ad exhomologeſim acce-
dentium numerus. Generalem exprompſerunt, plus
minus, ducenti: fructu non reticendo. Nempe, mulier
vna ab amentia, altera atque altera a procuratione
aborſus: Monialis ab inceſtu una, altera a periculo ma
ioris apoſtaſiæ: mulier itẽ vna ab adulterio: a meretri
cio plus decem: quædã denique a laqueo: ab eadẽq. de-
liberatione vir, ſe receperunt. Proſpecta interim ali-
mẽta proli non legitimæ, ne exponeretur a genitore,
ſed educaretur domi tamquam iuſta. Quamquã nõnul
li etiam dæmon ſuas tetendit inſidias. Eius vexatio-
nes ſpeciesq. nocturnas vir vnus magno obſtrictus ſce
lere, inuocatione nominis IESV: quædã virgo Magi
cis addicta artibus, ſacrati agni geſtatione fugauit. Fi
dem reſpexerunt familiæ nonnullæ. Separatim homi-
nes ſeptem ac triginta. inter hos vnus, qui vel a pue-
ro familialiter cum Caluino vixerat, adfuerat etiam
animam eijcienti: particeps olim illius perfidiæ ac mi
niſter. Eiurauit hæreſim publice noſtro in templo: nec
cauſas tacuit: aperuit periuria, cædes, rapinas, aliaq.
ſcelera aduerſariorum, quæ occulta veluti adyta pate
re nolunt niſi ſectatoribus ſuis: vt illis plus ſit in te-
nebris licentiæ, & ceteri quaſi profani, ingreſſu ar-
ceantur. Neque vero hoc dixit ille tantum, ſcripſit
etiam libellum, atque edidit, quo res plurium eſſet
conſcientia famaq. teſtatior. Viſus hac myſteriorum
enuntiatione in hac vrbe cornicum oculos configere.

ita hæreticorum inclinata res eſt. admonetur
proſternendam machina e loco ſuperiore. In
legij, quam ampliorem fecimus, cum alteriu
pariete, e duabus vna eſt facta, vnus e noſtri
virorum conſeſſu, non pauciorum ſexcentis
labefactat Auguſtanæ Confeſſionis, & verita
ſerit Catholicam, non perpetua ſolum oratio
prolatione etiam locorum, e libris, quibus con
ſus ſedet, vtriuſque partis: vt vtrumque co
aduerſumq. ipſos religionem ementientes ſu
volumina reuoluat. Quærit deinde, ſi quiſquam
Aut oratione agat, aut ſtylo: ſe reſponſurū c
profitetur. Nemo adhuc quicquam obiecit.
enim veritas habet argumentationem. Scripta
dum contra offeruntur occulte, eademq. poſt
blico, vt facile eſt falſa conuincere, viua voc
luntur. Rem etiam adiuuerunt Catholicam ſe
ad populum frequentes. diebus enim ſacri Ad
maiorisque ieiunij, terni habiti tribus in locis
ce, Teutonice, Hiſpanice: nec defuit qui Domi
bus idem faceret Italice. Sexta quaque feria
facta, in Quadrageſima, de Chriſti Domini c
Tribus in locis toto anno explicatus Catech
Et ſane in uitiorū extirpatione, inſitione virt
apparet opus. repreſſa multorum odia: in his, fr
duorum germanorum, orta, vt fit, in bonorum
ſione. tres virgines addictæ Cœnobijs. Procaci
torum manus oculiq. quod religioni alias non
expoſita Dei lege, coerciti. adempta tandem
praua conſuetudo, quod maioris operis videb

qua

quam vt poſſet perfici, vagæ inambulationis, profanæq. negotiationis, in templo maximo. typographorum, qui improbos euulgabant libros cum periculo proborum, infracta in præſens licentia, oppreſſa in poſterum audacia. In noſocomijs, brephotrophijs, xenodochijs exceptæ confeſſiones, habitæ cohortationes: ſecreti agni ab hædis: expulſis hæreticis, orthodoxi ſuffecti. Datum eſt & aliquid temporis publico carceri. Quinque capitali afficiendi ſupplicio (re fruſtra ab alijs tentata) adducti, vt æquo animo ac placato graderentur ad mortem. Duo nautæ ſimiliter plectendi, noſtrorum precibus condonati, vt rebus fidei, quarũ erant rudes penitus, inſtituerentur. Noſtrorum etiam trium precibus (cum iter facientes aliquando, in eum incidiſſent articulum temporis) milites duo e patibulo, quod iam iamq. conſcenſuri erant, erepti, permittente Duce, cauſamq. veniæ per præconem pronuntiari iubente. Suus quoque fructus extitit Patris Noſtri Ignatij exercitijs: ea tradita adoleſcentibus duobus. quorum alter relicta mercatura, Eccleſiaſticam vitam ingreſſus, alter petit noſtram Societatem. In hanc cooptatus Hiſpanus miles viginti ſtipendiorum, bellica laude fideq. excellens, eamq. ob rem, & Duci, & ipſi etiam Philippo Regi egregie carus. Hic cum cerneret fidei cauſam in Belgio ſpe ſua longius duci, non tam pertæſus ſæcularis militiæ, quam appetẽs melioris, cum militaribus ſuis omnibus ornamentis, auro gemmiſq. clarus, conſpiciendus torque, quem octies in gyrum actum circum dederat collo, ad Patrem Prouincialem Antuerpiam

X 2 venit,

*venit, admitti flagitat. reijcitur ſemel, iterum*
*pius: ſed cum ſemper firmaſſet animum aduerſ*
*pulſam, multaq. afferret iuſta ad impetrand*
*nuit quod rogabat. Sed, vt aliud ex alio. Redd*
*quod proxime fugerat, de habitis in templo*
*ſupplicationibus. Eæ præcipue fuerunt duæ. S*
*vna celebrata ab hominibus, qui acriter flagr*
*ga ſua ſæuiebant: primum quidem Antuerp*
*inſuetorum ad tale ſpectaculum, terrore, qu*
*conuerſus eſt in religionem, gratamq. memor*
*ſtri Liberatoris, in cuius venerationem exem*
*queo reus capitalis maleficij: mouit animos a*
*viſentium: iucundus etiam fuit in ea pomp*
*Capuccinorum aſpectus. Horum enim aduen*
*tuq. noſtrorum extinctus eſt ſermo de vtriuſ*
*nis alienatione animorum falſo diſſipatus.*
*fuit ſupplicatio, edicta obſecratione horarum*
*ginta, cauſa uictoriæ. ea dum procedit, ne to*
*ciuitate, inconditi agminis confuſio naſceretu*
*receſſu priorum daretur acceſſus ſequentibu*
*ſignata ad introitum ianua, altera ad exitum*
*ut cunctæ religioſorum familiæ, magiſtratu*
*nes, urbicæ Sodalitates, mercatorum peregr*
*nationes, opificum Collegia ſuam ſingillatim*
*uicem, ſimulq. breui exciperentur conciuncul*
*propoſitis ad meditandum: ſic ut & templ*
*admitteret ingruentem multitudinem, nec im*
*turba ſelectum. Et uiſus eſt Deus audire pr*
*continenter fuſas, tam multorum hominum*
*atque idem una mente ac propemodum voce*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tium. Biduo poſt, expugnatum a Catholicis oppidum, cui Nuſſio nomē, natura loci manuq muniiiſſimum. Vtriuſque deinde ſupplicationis ſeſe cædentium verbere, ſacramq. Euchariſtiam venerantium, reddita ſpecies anno poſteriore, Quadrageſima extrema ad Chriſti Domini ſepulcrum. Nunc pauca dicamus de ſcholis. Eæ ſunt in quattuor claſſes tributæ, nec minus in pietate proficiũt quã in litteris. hoc oſtēderũt habitis dialogis orationibuſq. magno applauſu celebriq. magnificentia. at ea declaratur maxime propēſione animi, qua ſe permulti in Sanctiſſimæ Virginis Sodalitatem tutelamq. contulerunt. manat etiam in proximos. eorum opera atque exemplo octo hæretici ad ſanitatem: centum ad Scholam doctrinæ Chriſtianæ: plus quinquaginta ad morum vitæq. emendationem impulſi. leue hoc erit, quod ſubijciam, ſed pronis, vt ſpero, auribus accipietur. Hollandum puerum annorum non plus vndecim, quia procul abeſt a patria, ſuiſq. opibus, cauſa religionis, mater coacta egeſtate domum remittere cogitabat. alia mens puero, ne ratione illa ad hæreticorum mores adigeretur. inſtat mater, addit verborum ſæuitiam. ad multo mitiorem confugit puer Matrem Orphanorum, in Sacellum Sodalitatis: ei rem totam prouolutus in genua exponit: orat, inopi matri ſubſidium mittat. ad eam mox redit animo tranquilliore, quod ſpem attulerit Dei Mater (ita enim dictitabat) in poſterum alimēti. It recta ad nos mulier, ſcitatur ecquid filio Deipara reſponderit? mirari tam ſimplicem interrogationem noſtri: neque erat interpretatio facilis. Res



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*interea percrebuit, peruenitq. ad aures ſodal*
*pueri atque æqualium: qui iam ita inter ſe hab*
*uiſas curas, vt de ientaculo demendo ſibi aly, a*
*merenda, omnes paruulo negotio vnius ſodalis*
*tent inopiam. Sed et hæc Sodalitas biparti*
*Minorum, Maiorumq. Quinquaginta conſtat*
*lis noſtris, centum præterea e Senatorio, Pleb*
*ordine ciuitatis. Horum omnium cum toto an*
*pore elucet religio, tum maxime Quadrageſima*
*ueniunt diebus ſingulis veſperi, perinde ad exp*
*dam pacem a Deo, implorandamq. Cælitum*
*quos inuocant ordinatim: quam ad pios ſermon*
*ligenter audiendos. Fauet illi Senatus Epiſc*
*eorumq. cœtum perſæpe magno ſtudio ac dig*
*celebrarunt. Verum, vt de his multa ſi*
*tur, hoc vnum attingam. Vrbs Antuerpia ſub*
*riæ Dei Matris patrocinio fere nata olim, cr*
*Et extabat argumentum in Prætoriæ Domus*
*te, collocata ipſius effigies e marmore. Quam*
*deinde rerum virumq. noua extructa domo, c*
*ſtuliſſent architecti, aut obliuione reliquer*
*contemptu. Coloſſus pro ea poſitus informi m*
*dine. Gigantem appellabant: anilem neſcio qua*
*bulam comminiſcentes. Ex eo omnia in peius*
*viſa huic vrbi. Nunc, Diuina tandem ope reſt*
*Antuerpia veteri religioni, Antuerpiæ Collegi*
*ſtro, ornato demum Collegio tam honeſta pioru*
*dalitate: conſilium cœptum, Deo adſpirante, a*
*bante Senatu, exturbato monſtro, in priorem*
*ſedem Cæli Reginæ reſtituendæ. Eius ſtatua*

*ſodalium*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſodalium impẽſa pedum quattuordecim altitudine. Hæc cum ipſo die Annuntiationis, Regali corona, ſceptroq. inſignis, triumphali eſſet thenſa e templo noſtro educenda: viſum eſt increbreſcente pluuia cælum inhorreſcere. Exultare certatim gaudio hæretici, per confertam uolitare multitudinem, quæ ad pompam confluxerat, illicere plebem ad ſuperſtitiones, Idololatriam Ieſuitarum damnari cæli voce iactantes. Sed non eſt ſemper, nec diu felix iniquitas. Vt omnem ſibi ignarum vulgus exemptum ſcrupulum putaret, eo ipſo temporis veſtigio, quo efferebatur, ex turbido die, cum ſerena lux & tranquilla rediiſſet, adſtructus eſt fauor Diuini Numinis, & inſanus maledicorum furor obſtructus. Hæc Antuerpiæ. Simili ſucceſſu itum eſt aliquoties Bruxellas: ea vrbs eſt vicina, Regio nobilis cõſilio, hominumq. frequentia: auditæ confeſſiones Aulicorum plurimæ: concubinæ non paucis ereptæ: hæretici duo: ſchiſmaticus vnus Eccleſiæ reſtituti.

## COLLEGIVM. LEODIENSE

LEODII fere triginta ſex. Prior annus quo difficilior fuit, eo noſtros vehementius exercuit. Tres in Domino requierunt. Plures humana deſtituti ope, Diuinam expetierunt. Traiectum enim (vicinum hoc eſt oppidum) religionis cauſa contendentes, ſeruati ab interitu, epota aqua Sancti Seruatij, nomine ac patrocinio ſalutari. Altero anno ſacerdos vnus eſt mortuus. Mortuus eſt etiam Collegij noſtri, quã-

*diu hic fuit, templiq. adiutor & fautor egreg*
*ſcopus Vercellenſis, Nuntius Apoſtolicus*
*ac religioſe, vt vitæ reſponderit, eodem tem*
*ſactæ. Vixdum ſeſquimenſis abierat, ex qu*
*compararet diligentius ad Chriſti Domini*
*diem, aut, vt res ipſa indicauit, ad ſuum mort*
*conuentu ſe hominum, ſuaq. familia ſeducen*
*rat apud nos in rerum cæleſtium commen*
*verſatus: cum poſtridie Nonas Februarij in*
*incidit, qui ei fuit ſupremus. Patrem Rector*
*cari iubet: ab eo confeſſionis communioniſq*
*pit Sacramenta: ſibiq. inſtare mortem non*
*morbi, quam Dei voluntate, confirmat: ma*
*gnificatione pietatis ac lætitiæ initium illud D*
*Pſalmi identidē repetit: LAETATVS ſum*
*quæ dicta ſunt mihi, in domū Domini ibimus*
*dinali vero Borromæo cū aliquādo incidiſſet*
*perquamdiu in alta cogitatione defixus, voc*
*dem rumpit, non ſe tenentibus lacrimis. Se*
*Sancte Cardinalis, atque heros inuicte, ſequar*
*interuallo: quamquam non ea ſpoliorum ſp*
*copia, quibus tu inſignis, cælū inuectus, pulch*
*duxiſti triumphum. Huic quaſi ſpei nondum*
*peſtiuæ auertendæ, obijciebant aliqui debitu*
*gioris vitæ, & ſolatium recipiendæ ſalutis*
*Martini, non verborum magis, quam fa*
*æmulator: Domine, inquit, ſi adhuc populo*
*neceſſarius, non recuſo laborem: fiat volunta*
*Recitari ſibi voluit teſtamentum coram Tab*
*Apoſtolico, ſeptemq. de more teſtibus: perlegi*
*iiſdem*

ijſdem
Decre
iuriſi
iteru
pronu
interc
gelia
ginta:
extre
ac D
eius c
in ter
expe
qui h
idem
rium
dium
chiſt
com
nobi
ginta
rati
inde
hauc
rum
proſ
vot
riq.
aliæ
doc

iiſdem præſentibus Catholicæ Fidei Profeſſionem, ex Decreto Concilij Tridentini. Ad ſanctionem ipſam ac iuriſiurandi formulam cum ventum eſſet, eam ipſe, iterum ac tertio, clara, vt poterat, voce, magnoq. ſēſu pronuntiauit. Sic me Deus adiuuet, & (religioſiſſime interea librum exoſculabatur) hæc ſancta Dei Euangelia. erat tunc ſollemne ieiunium dierum quadraginta: ne ouis quidem voluit, ne dum carnibus, veſci. extrema præmunitus vnctione, ſanctitatem ſpirans ac Deum inhians, eripitur rebus humanis. Lautum eius cadauer a noſtris, plumboq. incluſum, conditum in templo: memoria in animis omnium. Parem prope experti ſumus beneuolentiam Cardinalis Vademōtij, qui hic aliquandiu Legatum egit Apoſtolicum. par idem reliquit alibi moriens Societati noſtræ deſiderium. Sed hoc ad alteram prouinciam. Redeamus Leodium. Septem in hac vrbe locis datur opera Catechiſmo. Latina concio, quæ in gymnaſiio habebatur, communicata cum populo, in tēplo proximo, rogatu nobilium. Totius vitæ criminibus abſoluti quinquaginta. Hæretici nouem dedocti. eorum contage liberati Spadani fontes, conferentes auxilia morborum: inde enim excluſi: ne qui illuc irēt curatum corpora, haud paulo pernicioſiorem haurirent peſtem animorum. Curatum vt mulieres aliquot religioſam vitā profeſſæ, quas nec pudor in Cœnobio, nec pudicitia in voto continuerat, ſe nouo eximentes periculo veteriq. infamiæ, redirent vnde diſceſſerant. Errantes aliæ, aut quærentes diuerticula, earum exemplo condocefactæ. ſacerdos a concubina diſtractus. vterque

generali

generali confeſſione perpurgatus. ergo hæc ſacra
amica, e morte animæ: altera etiã e corporis m
hac via. Erat grauida: imminente partu,
tricem accerſit, probam & antiqui moris fem
ea dum imperat quæ facto opus erit puerpera
tellexit, fetui, antequam naſceretur, necem p
exanimata exit præpropere, de noſtris quæri
agendum. baptizandum infantem, vbi primum
editus, cenſent. redit. miſeram offendit femin
de trabe pendentem, e qua ſe ipſa, deſertam vi
rata, & peccati conſcientia, laqueo facto, e cu
velo, quod erat circum lectum, ſuſpẽderat. opp
ſubuentum. Neque hæc ſolum: aliæ etiam
flagitij atque adulterij culpam pœnitentia c
runt. Infamis quædam mulier, ſuiq. per trigi
nos prodiga corporis, veneficijs nuntium remi
monisq. conſuetudini. Mater filiaq. item g
duo, odio inter ſe flagrantes iamdiu implaca
concordiam reducti. Pugna in nuptijs excitata
in duas ſciſſa factiones, cum ſtricti increp
vtrinque gladij, ſacerdotis auctoritate comp
Militum multorum, illisq. famulantium an
pietatem inſtituti. Mulierculæ furtum ingentis
ab honeſto viro remiſſum. Duobus nauata ope
vltimo deſtinati erant ſupplicio, Catholico, atque
retico. illi a Iudicibus ſepultura: huic a Deo, vt ſp
videmur, venia, quam ipſe demum inſigni cõue
petijt, impetrata. Idem officium præſtitum
cuidam, quem multorum maleficiorum reum, Iu
viuum flammis addixerant. Hic enim tridui ſpa
ſtrorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtrorum ſermonibus ita inſtructus eſt, adductusq. ad pœnitentiam ſcelerum, vt inediam propterea ſibi pœnaſq. grauiores ſponte indiceret, neque ad ſupplicij locum milliari diſtantem, curru vehi, ſed pedes incedere voluerit: vt hac ſaltem in re, Chriſtum imitaretur: quem cum Matre Virgine non ipſo tantum in itinere habuit aſſidue in ore, ſed eo ipſo puncto temporis, cum conijceretur in ignem. Non defuimus etiam naturali morte migrantibus. E febri quidam inciderat in phreneſim: iamq. ad exitum properabat. Inſanæ menti, ſuorum exoratus precibus, tria videtur Deus dediſſe, quaſi ex compoſito, interualla. ita confeſſus: Euchariſtia refectus: ſacro delibutus oleo, naturæ debitum exoluit. Sæuo alius morbo corporis, grauiq. animi ſolicitudine affectus, vnum vocauit e noſtris. Hic vt erigeret iacentem, confirmat fore, vt illum non in altera tantum vita conſoletur Deus, ſed in hac etiam ante deceſſum. Non vana prædictio. Vix ægrum reliquerat, cum teſtatur ille, Diuina ſpecie puerum ſibi eſſe ante oculos, cuius aſpectu mirifice recreetur. Suauitas interea odoris, quo perfundebatur locus, fidem uiſi circumſtantibus fecit. De adoleſcentium cœtu, qui ſe Dei Genitrici conſecrarunt, nihil dicam pro tempore: quod e rebus ſuperioris anni, coniecturam facere liceat de præſentibus. niſi quod ei quoque cœtui, quemadmodum & ſcholis maior quotidie fit acceſſio & multitudinis, & pietatis. Extitit in hac etiã vrbe pretium ſollemni iam inſtituto luſtrandi pagos, in quibus, ne communia recenſeantur, repreſſa quæ inualuerat conſuetudo veſpertinorum conuentuum, ac tripu

diorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diorum ruſticanorum. Sed non deeſt hominum
qui falſum Ieſuitarum ſibi nomen vſurpantes
ambiũt, falluntq. inc.. utos, certum pro defunctis
ſcribunt Miſſarum numerum, cereoſq. exigunt
dus. hoc dolo emungunt argento ſimplices
rum greges, animoſq. illaqueant opinione
di: quam aucupantur ( vt quidam retulerunt)
terita magis quibuſdam crimina, quãquam
ma ( indice dæmone ) detegentes, cum ſtupore
ritorum, quam futura præſagientes.

## COLLEGIVM. TRAIECTE

TRAIECTI circiter viginti. Priore
tentati morbo plures: duo abſumpti.
annus illuſtrior fuit multo conuenarum affluxu
tos dies feſtos ( quattuordecim ij ſunt) qui
quoque anno celebrantur. Quo frequẽtiores
uenæ, religionis cauſa, eo maior oblata nobis
pro eorum ſalute laborãdi. Dei verbum diſſem
in vrbe, locis pluribus: Catechiſmus etiã expl
magno cõcurſu puerorum, adultorumq. profu
dio patrum familias, qui ſi de ſuis abſit quiſpia
gno id ſibi dedecori putant. Neutrum ſine fru
cerem de adductis multis ad vota ſoluenda:
deponenda: ad male parta reddenda: ad peccata
cienda: ſed hæc vſitata. Quattuor ſunt in hac vrb
riæ. Sed hæ erant olim ita permiſtæ confuſaq.
rialis & curio æque eſſet ignarus ignotuſq.
deſcriptio regionum familiarumq. facta eſt, vt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

parritus grex vocem paſtoris ſui, & paſtor faciem gregis agnoſcat. A corruptis opinionibus ad ſanam doctrinam conuerſi duodeuiginti. Maiorem partem noſtrorum induſtriæ tulerunt milites, quibus commiſſa vrbis cuſtodia nec pœnitet. periuria interdicta: execrationes coercitæ: impudicæ mulierculæ faceſſere iuſſæ: animi compoſiti præceptis Euangelij: vt milites iā Chriſtianos appelles. id quanti ſit, indicauit quiddam, quod prope habuit vim miraculi. Miles vnus e cohortibus Hiſpanorum, negotij cauſa rus ibat, incidit in latronum manus, qui, quod etiam hæretici eſſent, contumelioſis principio vocibus, tum pugnis calcibuſq. ad extremum vulneribus eum male acceperunt, iiſq. tot, & tam crudelibus, vt vitam arbitrarentur exhauſtam. ea duo & quinquaginta fuerunt. guttur transfixum: apertum pectus: ceruix confoſſa. ita obrutus ille & truncus, ſuo volutabatur in ſanguine, morti (quam eius tantum depulerat opinione) proximus. Deum interea, Sanctiſſimamq. eius Parentem intimis orabat precibus, vt ne ſe ſine Sacramentorum perceptione obire paterentur. plus etiam quam petierat impetrauit. vbi enim eum hoſtes tam multis conciſum ferri ictibus, debilitato prorſus et contrucidato corpore, defatigatione credo, atque errore, cædere deſtiterūt: ipſe autem vix tandem compos eſt factus ſui: manibus, vt poterat, pedibuſq. innixus perrexit ad vicinam primum paſtoris caſam: inde ad pagum deuectus: ibiq. præter opinionem omnium, ſed non ſuam ſpem, quam in Diuino præſidio repoſitam habebat,

conua-

conualuit, intraq. menſem incolumis, Deo vo
noſtro Sacello ſoluit: quod in mortis periculo
parat. Quamquam in alijs etiam militibus,
Italia Germaniaq. huc primum appellebant
enim hic primus in Belgium introitus) colla
pro tempore opera fuit. ita egentes plerique
bant, affectaq. valetudine. Et affuit quidem il
toris vrbis Senatusq. liberalitas in commea
buendo: ſed omnem ſuperanti opem multoru
piæ, publicas priuataſq. corrogando eleem
ſubuenerunt noſtri: allata cibaria, fomenta, m
paſſim præbiti: nihil omiſſum, quod opus e
mandis corporibus, animiſq. curandis. adiu
bundi: mortui ſepulti. Similia conſtiterunt
eos, qui noſocomijs detinebantur, aut carce
ſi his rebus fere omnibus adiutores ſociosq. ſ
xerunt adoleſcētes e Sodalitio Beatæ Virginis
priore anno, poſtquam recitatæ ſunt litteræ
ciæ, auctum primoribus plurimis (ex ijs
vitæ maculas confeſſione deterſerunt quadr
poſteriore anno ſuperueniente multitudine bip
fuit. ſed tamen incredibilis eſt ſodalium adol
tulorum religio ac pietas. ab ijs enim paupere
leuantur: ægroti inuiſuntur: valetudinaria p
tur: libri digni flammis offeruntur: ad confeſſ
multi adducuntur: inambulantes in templis
ſtineant, genu flexo admonentur: eaq. ab re, co
interdum, aut verberibus non deterrentur. H
res mirifica in nos omnium beneuolentia: ſic
ter ſe officijs certent. Primas tenet ordinis T
ma

nici Commendator, vt vocant, Prouincialis: cuius humanitas vſque eo progreſſa eſt, vt ad templum extruendum lateres fieri iuſſerit: pecuniam ſpoponderit: futuri formam ædificij ad Reuerendum Patrē Noſtrum Generalem tranſmiſerit: Seminaria iuuenum pluribus in locis inſtituere decreuerit. Secundas, Præfectus vrbis cum vxore, femina ſpectatiſſima: qui & nos communibus ſtudijs, & rem Catholicam magnopere iuuant. Longum nunc eſſet qua erga nos ſit Decanus Sancti Seruatij Senatusq. obſeruantia, ſcribendo perſequi. quibus Catechiſmi explicationem officijs promoueant: ad eumq. multorū animos muneribus alliciant. Vbi audierunt, augeſcente numero diſcipulorum, quartam claſſem adiectam, alium nobis aptiorem ad hoc muneris locum dare cōſtituerunt. nec deſunt ciues reliqui, quorum impenſa emptum ſolum templi quinque florenorum millibus, ſacraq. aucta ſupellex. Nobilis quædam moriens bonam partem ſuburbanæ villæ Collegio legauit. eius reditus centenis aureis anno æſtimantur.

## COLLEGIA. BRVGENSE Iprenſe, Cortracenſe.

BRVGIS decem. pauci videlicet: ſed maior fere quam pro numero fructus. concludetur paucis. Priore anno ſexaginta nouam exorſi vitam, vetere omni per confeſſionem retexta. Virgines duæ ſe caſtitatis voto: tres etiam religionis obſtrinxere. Vnus hæreſi laborans perſanatus eſt. Vincti qui erant, adiuti con-

ti conquiſitis eleemoſynis. Mulieres quadam
comprehenſæ a militibus tamquam de prodend.
be coniuraſſent, tradebātur ad necem, noſtroru
cibus remiſſæ. Sodalitas Beatæ Virginis nupe
Patris Prouincialis manu, Diuino irrigata im
boratur in dies magis. Poſteriore anno exu
tibus aſſidue hoſtibus, lateq. omnia vaſtan
cum ſumma rerū inopia laboraretur, noſtris, I
prorſus beneficio, nihil defuit. Supplicationes
tæ propitiandi Numinis, preceſq. ſuſcepta. I
coniugia reſciſſa. pacati diſcordantes. perſuaſ
reticis, vt recta ſaperent, nonnullis. vni
templo palam ex Decreto Tridentinæ Synod
dogmata retractaret. Huic, cum captus e
re belli, promiſſa erat libertas a Sereniſſim
menſium Duce, ſi hæreſim abiuraret. abnuit
& obduruit diu: flexus tamen Deo volent
tum præbuit vrbi ſpectaculum. In vicinis p
refecti milites concionibus Sacramentisq. Ex
nullis concubinæ, eæq. honeſte collocatæ. e noſt
nique frater vnus phthiſi extinctus.

IPRIS Doctrina Chriſtiana traditur Dom
feſtisq. diebus, & quarta quaque feria magn
curſu: pœna addita docētibus pueros puellasq.
quiſque cum grege adſit. inter patrem filiumq
compoſita. inſtituta conſuetudo, ut qui ſunt capi
ctendi, opportune Euchariſtiam præcipiant: a
nulli ſimiles excitati confirmatiq. ut Chriſtian
rerentur. artium Magicarum inſtrumenta diſſi
noſocomium ſæpe uiſitatum, actumq. cum ci

giſtro

giſtro, vt qui admittuntur, ab ipſa peccatorum confeſſione auſpicentur. falſæ aliquot criminationes reprehenſæ: pagi non ſine fructu decurſi: pecunia ex iniuſtis poßeſſoribus ad veros dominos retracta. Catholicorum numerus maior factus. auctus ornatus templi ſacra veſte, reliquijsq. Sanctorum, quas a Patre Prouinciali tranſmiſſas, ipſemet Epiſcopus, ſuarum confirmatas teſtimonio litterarum, religioſe collocauit. Quattuor, qui hic ſunt Mendicantium ordines, ita erga nos ſunt affecti, vt in communi conuētu ſanxerint, ne cui liceat Societatem noſtram impune verbis obterere. Aſſiduos inter bellorū ſtrepitus, perſonuerūt tamen ſcholæ vocibus magiſtrorum, in diſcipulorum cœtu, non magno quidem illo, ſed & pio & nobili: excellunt ij maxime, qui in Sanctiſſimæ Congregationem Virginis adſcripti.

CORTRACI ſuperiore anno, quo erat Reſidentia, ſeptem. Proximo, quo Collegium vocari cœptum, vndecim. Duplicatum vectigal domeſticum, ad annuam florenorum ſummam millenorum & ducenorum excreuit. Societatem auxit vnus. A fundamentis gymnaſium extructum. conciones varijs in locis habitæ quinæ. tribus in locis tradita fidei rudimenta. Idem factum ſex ſeptem in pagis haud procul ab vrbe. Hæretici aliquot ſapientiores effecti. Sodalitas Auguſtiſſimæ Dei Matris Auguſto proximo inſtituta, ſuas iam nunc primitias dedit. Quinque Sancti Franciſci ordinem ingreſſi. Vni ex ijs, cui ſanguinis fluxus vitam ademptum ibat, ſalus videtur reddita ſuſcepto voto reſtituendæ domi ſuæ imaginis Deipa-

*ræ, in veterem locum, vnde ab Iconomach*
*deiecta. Carcer aditus: aliquibus ſalus impetra*
*mata prius fide virtutis amplectenda. Ded*
*quot ad ſupplicium: vnus eorum ea pietate*
*ſupremo tempore, ut ſacram Crucifixi imagin*
*ſubinde reſpiciens oſculabatur, numquam ſi*
*pateretur e manibus: donec tandē ijs morte*
*in ſaxeum ſolum e ſublimi decidit, ac (quod*
*viſum eſt omnibus) infirmiſſima licet mater*
*nuit ictum.*

## RESIDENTIAE. GANDA
## ſis & Valencenenſis Miſſioq. Mont

G*ANDAVI ſeptem. Datur enim*
*magiſtratu: vt quos reditus Societat*
*aſsignauit ciuitas: ij ad nos ſine vllo labo*
*ferantur. ita liberiore animo in ſalutem prox*
*incumbimus. a ſcelere flagitioq. abducti per*
*conſilio etiam voluntariæ mortis vna, quod*
*ſtata eſt prolato laqueo, quem ſibi parauerat*
*coniugū finita litigia, interruptaq. diuortia*
*abſolutio innocenti cuidam, qui falſi damna*
*nis, ducendus erat ad necem. ad Eccleſiam ſ*
*aliquot pœnitētia reduxit. procurata res p*
*ac peregrinorum, vt utriſque locus eſſet*
*quem ſæpe piorum liberalitate collegimus:*
*manci captiq. pedibus, conductis carris in*
*chium inuecti. Vnus eorum, qui apud noſtros*
*ri ſoliti, inciderat in noxam: affirmauit poſtea*

qua

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quenti nocte e cubili extractum, ad feneſtramq. adductum, ibi ſolicitatum ad ruinam a dæmone, quem cum agnouiſſet, Dei implorata clementia, periculum effugit. Catechiſmus in templo noſtro explicatus, & alijs præterea in locis quattuor. quamquam mendicorum etiam greges Chriſtianam doctrinam edocti ad limina potentiorum, a quibus ſtipem opperiebantur. Vix certus iniri eorum numerus queat, qui omnem retro egerunt confeſſione vitam, & emendarunt culpam. Sed eius tamen hoc argumentum: quod priore anno ſacerdos tantum vnus audiuit centum: poſteriore auditi, tantum biduo, viginti. Sed in his tria accide runt digna, quæ ſcribantur. Mulier quædam omni iam exuerat religione animum ob turpem peccandi licentiam: ita corpori tantum & voluptatibus ſeruiens, iamdiu perdiderat animam. Hanc eius exorauit conſobrina, vt audiret ſemel vnum e noſtris ad populum verba facientem. incidit in ſermonem de extremo iudicio. Intremuit illa primum poſt hoc quaſi fulmen attonita: deinde vero redijt ad cor: & lætante conſobrina ſalutem confeſſione quæſiuit. Caluinum ſecuta erat alia, mortiq. proxima, per eius veſtigia ruebat in Tartarum: ſed perſuaderi ſibi tandem paſſa ab vno ſacerdote, vt vel in ipſo fine meliorem reſpiceret viam, iter auerſata ſuperius, Catholicoq. inſtructa viatico, migrauit e vita. Infeſtabatur denique virgo viſis per noctem horrendis, nullamq. corpore capiebat, aut animo quietem: peruellebatur etiam conſcientiæ ſtimulis ingentibus: venit ad vnum e noſtris. Hic cum multa verſaſſet, ſagaciter inquiſiuit, quibus orta*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

parentibus: audiuit Anabaptiſtis. percuſſit
animum: atque ex obſcuris primo, tum deinde
ribus veſtigijs eo peruenit, vt eam intelligeret
ſacroſancta aqua tinctam. Vbi luſtrata eſt,
nitus horror & ſtimulus abſceſſit. Dominica
familia perſtudioſa noſtri ordinis frequenti
tuit, vt ne eorum quiſquam noſtram Societat
bo lædere audeat.

VALENCENIS ſeptē. Nihil fere
e muneribus Societatis. Quadrageſima
quoq. anno diebus feſtis de Diuinis rebus ſer
tus in templo. elementa item Chriſtianæ fidei
pueris puelliſq. plus mille quingentis. addita
Sodalitas ad opus promouendum: in quam
chiepiſcopus & Abbates tres, magno popul
ſu, nomina dederunt. ſedatæ rixæ inter multos
qui vxore viuente concubinam ſuperduxerat
loco, litteris noſtrorum admonitus reſtituit
coniugio, adulterino dimiſſo. Conſtituta pax
quot coniugum paria, qui cum diſsidio volunt
videbantur feciſſe diuortium. Male parta, be
dita. Xenodochium perſeuerat in inſtituto
confeſsionis. Confeſsiones in vrbe frequentes
les fere centum. Inter has, vnius mulieris,
remedio corpus etiam videtur e dæmonis arbit
puiſſe. Non neglecti qui erant in publica
vnus ex his, innutritus bello, odioq. religioni
alte immerſus in hæreſeos cœno, vt liturgia
ſpurciſsimo ore malediceret: cum capitis eſſet
tus, etſi principio non congreſsum modo ſacerd

ſi

ſtri,ſed etiam conſpectum vitauit: opportuna tamen importunaq. eius perſeuerantia dedit manus, priuataq. facta & publica exhomologeſi, tarde quidem, ſed non ſero ſatisfecit Catholicæ religioni. Mens eadem iniecta alijs quattuor, qui eã coram multitudine in templo profeſſi. complures quoque falſarum pertæſi opinionum, veritatem amarunt. labentes etiam cadenteſq. fulti nonnulli: iacentes erecti. Quam vero magnus ſit, quam certus erga nos ciuium amor, incerta res quædam facili negotio demonſtrauit. Celebrabantur forte in urbe, anniuerſario ritu, ludi ſollemnes: vniuerſo populo ad ſpectaculum effuſo. Nuntiatur interea, ſacerdotem vnum e noſtris cum comite veniſſe in graſſatorum manus. Nihil grauius venire poterat ad aures ciuitatis: ita quaſi nebula ſerenum infuſcauerat diem. Proripiunt ſe primores e ſpectaculo. conferuntur capita. nec mora. exitur ex vrbe: longe diſcurritur: armati milites ad varia mittuntur loca: obſidentur viæ, atque earum diuortia: admonentur oppida finitimorum. non potuit clarius oſtendi publicæ caritatis argumentum. redintegrata poſtea auctaq. lætitia eſt, vbi Sol nubem diſcuſſit: noſtriq. exúti quidem pallijs, ſed ſalui atque incolumes reuerterunt.

IN MONTENSI Miſſione ſex. Non in ipſa tantum vrbe, ſed in pagis etiam, ad quos excurritur nonnumquam, adiuti quamplurimi. In vno vir ſegregatus a pellice, cum qua diu conſueuerat. In alijs vetus quædam deleta cõſuetudo, quæ ruſticano quidem more, ſed indecoro, in cærimonias ſacras irrepſerat. Pauperum familiæ: carcer: Xenodochia: externis ſæpe



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*recreata opibus, interniſq. Confeſſiones multæ ... norum exceptæ. Totius vitæ vnus vno anno ... quinquaginta.*

# PROVINCIA FRANCIA

SEDES *noſtrorũ in Prouincia ... cia ſeptẽ: Socij quaſi ducenti ... quaginta tres. In* Domo *Pr... Pariſienſi viginti. In* Colleg*... deſeptuaginta. In Muſſipont... xaginta ſeptem. In Viridun... draginta duo. In Biturigenſi ſex & viginti. ... cim in Niuernenſi. In Augenſi tredecim. ... quod ſane quam admirabile fuit calamito... ſce temporibus, vnus. Societatem ingreſſi ... quattuor.*

## DOMVS. PROFESSA. PARIſienſis.

PROFESSORVM *Domus Pariſienſis ... gnam erga ſe Dei clementiam prouidenti... experta eſt, cum in ea difficultate annonæ, qu... iorem nullam meminere Pariſienſes, ea maxim... peſtate, qua principes viri amici noſtri extra ... diſtinebantur bello, graui item graſſante morbo ... hil defuerit ipſi ad vitã tuendam, nec e noſtris ...*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN